

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema CIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

III. Peccata remittit & sicut pater miseretur, super timentes, Psal. 103. v. 11. 13. & 17. Beati autem quorum remissa iniquitates, Psal. 32. v. 1. & 2.

Lætus ergo canit moriturus: Nunc dimittis. Vidi salutem, Luc. 2. Qui his frui potest beneficiis, huic vere in extremis bene est, & sentit hanc benedictionem, ut hilari animo mori, & cælum apertum videre possit cum Stephano.

Vs vs huius loci erit, ut cogitemus, quanta sit differentia inter pios morituros & impios. Hi cum horrore finiunt vitam, Psalm. 73. v. 19. quia non sentiunt illa tria, de quibus diximus. Explica latius. Et sic concludere, vel hanc vnam ob causam studendum timori Domini, ut bene fit in extremis.

FINIS.  
THEMATICIX.

Syrac. 4. v. 33.

*Vsque ad mortem certa pro veritate, & pugnabis pro deo.*

DISPOSITIO.

Prouerb. 23. v. 23. Salomon hortatur, Eme veritatem & ne vendas illam. Quibus verbis ostendit, veritatem esse rem pretiosam, quæ nunquam sit deserenda. Eandem etiam Syrach nobis multoties commendat in hoc capite quarto, & inter cætera etiam verbis prælectis, vbi ad mortem vsque veritatem defendi vult: & potius vitam quam veritatem relinquendam innuit. Tanti facit is reuerentiam: & merito quidem. Quamuis autem plerique boni veritatem diligant, sunt tamen multi, qui cum Pilato Ioan. 18. v. 38. illam facile, & exiguo pretio venderent, & non erubescerent in casu necessitatis, ad eundem modum interrogare, Quid est veritas? Ideoque operæ pretium erit hunc locum excutere diligentius, occasione funæris præsertim huius defuncti, qui per omnem vitam

flu-

studioſiſſimus fuit veritatis? eamque vſque ad extremam vitæ halitum dilexit, defendit, & pro illa certavit, nec ſine periculo interdum.

Dicemus ergo, 1. quid per veritatem hic intelligatur.

2. Quomodo & à quibus, quando etiam pro illa certandum: Vel: Quomodo veritatis patrocinium ſuſcipiendum.

3. Quis pro veritate pugnantibus ſeu aſſertoribus veritatis ſit futurus & *Agens* fideliffimus. Vel ſic: Cuius auxilio veritas defendi poſſit.

I. Pars.

1. Veritatem in ſcriptura vocat Spiritus ſanctus ipſam religionem, aut doctrinam veram, de Deo & articulis fidei Eſtque iſ Hebraiſmus ſcripturæ admodum viſitatus.

Sermo tuus eſt veritas, Joh. 17. ver. 17. Idem sæpe Chriſtus repetit ſe docere veritatem, Joh. 8. v. 40. & 16. v. 13. & 18. v. 37 Hanc poſſumus dicere veritatem Theologicam.

2. Deinde veritas in ſcriptura non tantum ſignificat congruentiam ſermonis cum rei ipſa: *Wie der Sach an jure ſelbs iſt*: Sed etiam ipſam veram ſententiam aut opinionem. *Das ware Wort das geredt iſt*. Vt Pl. 15. v. 2. Qui loquitur veritatem, Pſal. 5. verſ. 10. In ore illorum non eſt veritas. German. *Nichts gewiſſ; id eſt, Nichts warhafftiges; datauſſ man ſich verlaſſen darff.*

Et hoc ſenſu præſertim in Prophetis, per veritatem non tantum intelligitur verbum verum, ſed & cor verum & factum verum. *Auffrichtigkeit vnd Redlichkeit*. Et opponitur dolofis vel fictis aut falſis verbis & actionibus. Exemplum ſcripturæ de verbis, Eſa. 33. verſ. 15. Qui loquitur veritatem. *Was recht iſt*. Zachar. 8. v. 16. Eph. 4. v. 25. Loquimini veritatem. Exemplum de factis & actionibus hominum exiſtat Eſa. 59. v. 14. Veritas cedit in plateis. Es 15. Veritas recessit. Hoc eſt: *Es iſt kein Redlichkeit mehr da*. Patet id ex Jerem. 9. v. 5. Non loquuntur veritatem. Quomodo? Verſu præced. Amicus deſtaudar amicum. Et hanc poſſumus dicere, veritatem Politicam.

Intelli,

## II. Pars.

Intelligitis, opinor, quid sit veritas, ut non opus sit deum cum Pilato querere. Joan. 8 v. 38. Quod si omnes delectarentur veritate, non opus esset de assertione illius plura verba facere. At quia alii veritatem impugnant & diligunt mendacium, Psal. 4. v. 3. alii veritatem, ubi necessitas id postulat, non audent profiteri: De quo Psal. 38. v. 2. ideoque Syracidis illa fidelissima admonitione omnino opus est: qui dicit: Tuere, defende veritatem, & vult in Græco, *ἀντιστασθαι*, certa pro veritate.

1. Quomodo hoc fiet? Primum. Quantum ad veritatem Theologicam, id est ad doctrinam & religionem saceram, in casu confessionis, nunquam veritas est reticenda, nunquam deserenda: sed constanter asserenda. Loquar de testimoniis tuis in conspectu Regum, Psal. 119. v. 26. Credidi, propterea loquutus sum, Psal. 116. v. 19. Ore fit confessio, Rom. 10. v. 10. Qui me confessus fuerit, Matthæi 10. vers. 32. Hic non mutandum: non temporisandum (ut vocant, qui pollicite prudentes habentur, non cum lupis ululandum: non contra Cretenses cretizandum: non dissimulandum. Non arundinis agitata est Ioannes, Marchi 11. v. 7. Iob. 1. v. 20. Confessus est, & non negavit, solus hesseus. Deinde etiam in Politicis semper adhaerendum veritati: & defendendi qui veritatem asserunt. *Die rechte vnd redlich handeln / denen soll man beystehen / vnd sie bey der Wahrheit handhaben.* Et apparet ex verbis huius loci præsentis immediate præcedentibus, Syracidem hinc principaliter loqui de hoc casu, ubi hi, qui veram & iustam causam tuentur, sunt defendendi contra potentes, qui veritatem conantur opprimere. Sicut accidit Davidi à Saule, instigante Doëgo & cæteris, Psal. 57. v. 2. 1. Sam. 22. Jeremias accusatus ab impiis contempnitoribus verbi Dei, Hier. 37. v. 13. & 38. v. 4.

2. Quis debet hoc facere? Omnes homines Nemo excipitur, cuiuscunque status & conditionis fuerit. Theologi, Iureconsulti, Iudices, Senatores, Consilarii Magna.

gnatum. Et hi inprimis. Et tandem omnes omnino homines, qui possunt aut debent testimonium perhibere veritati.

3. Quando id faciendum? Extra periculum non tantum, quod facile est, sed etiam tempore extremi articuli. Ideoq; *et/que ad mortem*, ait Syrach, pro veritate standum. *Wann es gleich den Hatz/sofsten sollte.*

Nec metuendum homines, siue fiant amici siue inimici. Exemplum affectæ veritatis Theologicæ sunt hi: Daniel, Dan. 6. v. 10. Et locii, Dan. 3. v. 18. Veritatem asserunt coram Rege Babylonico. Moses & Aaron coram Pharaone. Apostoli. Iohannes Hubs. Et Martyrum multa millia. Stephanus. Exempla veritatis Politicæ defendendæ contra Tyrannos. Jonathan defendit Davidem, in causa iusta & vera. 1. Sam. 19. v. 4. Ebedmelech. Jeremiam, Jerem. 38. v. 8. Eundem etiam Abikam & alii nonnulli, Jer. 26. v. 17. v. 24. Daniel Susannam.

### III. Pars.

Diligo, inquis, veritatem. At non semper licet mihi dicere veritatem: Vel etiam defendere veritatem. Quia ego solus sum. Et veritas odium parit. Ergo mihi tacendum potius: aut pereundum: non enim possum resistere fortioribus, opprimentibus veritatem, Responder Syracides: Non solus eris pugnans pro veritate: *sed Deus pro te pugabit.*

Numquid is fortissimus bellator, cui multa millium millia seruiunt, Dan. 7. v. 10. Et omnes creaturæ sunt exercitus Domini, pugnaturi contra hostes Dei. Joël. 2. v. 25. Tandem veritas vincit.

Inquis: Videtur mihi non vincere, sed opprimi. Exemplo est Stephanus. Resp. Victoria in illa pugna non mox cernitur. Et vincunt, qui victi videntur. Stephanus certe vicit & triumphat in cælis, Idem de omnibus Apostolis & Martybus statuendum. Et suo tempore reuelabitur illa victoria. Erpottentati eorum benefiet, qui defenderunt bonos. Filius Jonathani Mephiboseth *genest des/ das/*  
Z scio

sein vatter so redlich/ 2. Sam. 9. v. 7 Ebedmelecho promittitur securitas, qui defendit Jeremiam, Hier. 39. vers. 17. Maior autem merces in altera vita erit.

Vsvs huius loci generalis is est, Nunquam deserenda esse veritatem. Etiam cum capitis periculum imminet. Nō metuendi, qui occidunt tantū corpus. Mar. 10. v. 18. Et qui negauerit, Matth. 10. v. 33. Sed in Politicis etiam non dicas aut cogites, Si huius patrocinii suscepero, cōcitabo in me osium Saulis, sicut Jonathan defendens Davidē, 1. Sam. 20. v. 32. Ich werde diesen v. er jenen für'n Kopff stossen. At caue potius, ne Deum offendas. Nil refert, du stoffest jene für'n Kopff oder für'n. (Nota locum Prouerb. 24. v. 12.) Deum time.

F I N I S.

## T H E M A C X.

Syr. 5. v. 8.

*Non tardes conuerti ad Dominum, &c.*

Dispositionem huius Thematici vide supra in I. parte Promptuarii, Classe VIII. Num. X. pag. 733.

## T H E M A C X I.

Syr. 7. v. ult.

*Quicquid agis, respice finem, & nunquam peccabis.*

## D I S P O S I T I O.

Sepius scriptura iubet nos considerare finem, & hominum & actionum humanarum.

Cum funera curamus, iubet Syrach finem illorū considerare, qui sūt mortui, Syrach. 38. v. 23. Memēto finis. Et Salomon Eccl. 7. finem omnium vult apponi ad cor, & viuētib; vers. 3. Cum miramur super felicitate impiorum, iubemur ingredi sanctuarium Domini, & intueri finem, Psal. 73. v. 17. Et Propheta Hiesekiel ca. 7. vers. 2. saepe

repe-